

1581 11^a Decembri.

304
Ex libello in p[re]f[ati]o C[ar]olue

Ioanni Lamusco Antonius Possevinus.

64
Laucas ante horas accipi literas v. d. M. octavo huius mensis
datis, quibus eò brevius respondebo, quod quaecunq[ue] Sor.^{mo}
Regi scribo, sic mitto ad v. d. m. manus, ut et ea perlegere,
ac si quid ei venit in mentem, proponere ejus Mt^e queat.
ad quam non dubito, quin statim easdem omnes meas
obsignatas proprio in fasciulo sit missura. Sua autem mihi
scribit v. d. M. decesseri quibusdam sub ipsi P[er]soria
menibus, et captis decem nobilibus, quorum primarius Petrus
Koltow lu[ci]gebat, copias regi ad Turrogantiam. ferendae omis
P[er]soriae causa, eadem Legatis M[es]sa legenda curavi. Ipsi
vero mirari, quid istud esset de copiis quae cogerentur. Quidquid
autem id sit, certè huiusmodi literae, si identidem ad me mittantur,
quae vera contineant, incommodè non sunt eliciendis hominum
sensibus, si qui latent adhuc interiori, ut tandem pax,
Christo Domino, qui nostra pax est, adjuvante, constituantur.
Rogo autem v. d. m. ut per D. Schortium jubeat queri quanam
spes valetudinis sit in meo Andrea Apollonio, quem isthic
sub P[er]sorianis Mt^e v. reliqui jacentem. Qui si sine magno
salutis discrimine ad me mitti possit, is mihi pernecessarius
esset. Si ille attente adhuc est viribus obsecro v. Mt^e vel
adolefcentem illum ad me quam minimum mittat, qui literas
M[es]sa mihi scriptas innotescere ex Ruthenico idioma in
Polonium vertit, vel aliquem alium fidum tradendis et
ruthenicè interpretandis rebus. Unus enim Basilus si in
morbum inideret, quo interdum laborat, non haberem qua
ratione, rogata promoverem. De quibus si quid statueretur,
certè allato mihi isto subsidio, neq[ue] a D[omi]no premium v. Mt^e
deest, nec ego istius beneficii memoriam unquam deponam.
Deus interim cor ac dextram v. M. N[ost]ra semper p[er]

Mischica.

1281 of 11-2-1881
15
muniat Celesti suo mesidio. Ex Cispenta pago proprie
Porroiam tribus millianibus ad noctem die XI. mensis
Decembris 1581. -